

Nr. 2 fehlt!  
11. Dez. 1954 Lr

34.  
23

DISSERTATIO INAUGVRALIS MEDICA  
DE  
SECVRA  
MORBORVM  
HAEREDITARIORVM  
PRAESERVATIONE,

---

QVAM  
SVB AVSPICIIIS SVMMI NVMINIS  
ET  
CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE  
PRAESIDE  
VIRO ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO  
DOMINO

D. ANDREA ELIA BÜCHNERO

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,  
POTENTISSIMO PRVSSIAE REGI A CONSILIIIS INTIMIS,  
MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESS. PVBL. ORDINARIO,  
IMPERIALIS ACADEM. NATVR. CVRIOSOR. PRAESIDE  
ET COMITE PALAT. CAESAREO,

PRO GRADV DOCTORIS  
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS  
DOCTORALIBVS LEGITIME IMPETRANDIS,

D. VIII. OCTOBR. A. S. R. c̄l̄ōccc̄xxxix.

PVBLICE DEFENDET  
AVCTOR

IOAN. CHRISTIAN. HILDEBRAND,  
ALBERSTADIO-MANSFELDENSIS.

---

HALAE MAGDEBVRGICAE,  
TYPIS IOANNIS CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.



DISSERTATIO INAVGURALIS MEDICA  
DE  
SECURA  
MORBORVM  
HAEREDITARIORVM  
PRAESERVATIONE

AVAN  
SVE AVSPICIO SVMMI NVMINIS  
CONSENSV GRATIOSAE FACULTATIS MEDICAE  
PRAESIDE  
VIRO HENRICO EXCELLENTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO  
DOMINO  
D. ANDREA MIA BÜCHNERO

SACRI ROMANI IMPERII NOBILIS  
POTENTISSIMO PRUSSIAE REGI A CONSILII INTIMIS  
MEDICINAE ET PHISIOLOGIAE NATVRAE PROFESS. PVBL. ORDINARIO  
IMPERIALI ACADEM. NATVRAE CVMOSOR. TRAESE  
ET COMIT. PALAT. CAESAREO

PRO GRADV DOCTORIS  
SVMMISSE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS  
DOCTORALIBVS LEGITIME IMPETRANDIS  
D. VII OCTOB. A. S. R. MDCCCXXXIX.  
PABICE DEFENDET  
AVCTOR

IOAN. CHRISTIAN. HILDEBRAND  
ALBERTSTADIO-MANSELDENSIS

HABAE MAGDEBVRGICAE  
TVBIS IOANNIS CHRISTIANI HENDELII AGAD. TYPOG.





DISSERTATIO INAUGVRALIS MEDICA  
DE  
SECVRRA  
MORBORVM HAEREDITARIORVM  
PRAESERVATIONE.

PROOEMIUM.



*Duplici potissimum ratione scientiae medicae antistites mortalium consulere sanitati, tum morbos, quibus miseri cruciantur, cito, tuto & iucunde, si fieri potest, auferendo & sic amissam sanitatem restituendo, tum imminentes tales praeservando, inter omnes constare existimo. Sicuti autem extra omnem, iuxta unanimum Medicorum consensum, dubitationis aleam positum est, Medicis facilius esse morbos avertere imminentes, quam praesentes tollere, & id ipsum plus emolumentum humano adferre generi; ita sane a cordatioribus quibusvis eo respiciendum erit Medicis, ut morbos mortalibus imminentes praeservandi nullam praetermittant occasionem. Insignem utilitatem, ex tempestriva morborum praeservatione in mortales redundantem, Veteres iam optime cognitam atque perspectam habentes, non immerito eximii omnia ad istam obtinendam*

A 2 *mul*

multum facientia extulerunt laudibus, ita ut GALE-  
 NVS, Lib. I. de Sanitate tuenda, iam olim asseruerit,  
 eam Medicinæ partem, quæ præsentem tuetur cor-  
 poris valetudinem, reliquas tanta antecedere nobili-  
 tate, quanta sanitas morbum antecedit. Quamvis  
 autem præservatio morborum in genere adeo utilis  
 existat mortalibus, tanto magis tamen proficua & ne-  
 cessaria erit illorum morborum præservatio, qui præ-  
 sentia sua omnem Medicorum industriam omnemque  
 remediorum, quantumvis alias præstantissimorum,  
 efficaciam plerumque eludunt. Hunc in censum me-  
 rito veniunt morbi hæreditarii, quippe qui, teste ex-  
 perientia, & HIPPOCRATE Prædict. II. n. 3. ita  
 comparati esse solent, ut aegre, si corpus humanum  
 invadunt, funditus extirpari possint. Non mirum  
 itaque videbitur cuiquam, quod præsentem tractatione,  
 cum pro summis in Medicina honoribus obtinendis,  
 iussu & auctoritate gratiosæ Facultatis Medicæ, speci-  
 men quoddam elaborandum esset, morborum hæ-  
 reditariorum præservationem securam paullo ex-  
 actius delineatam sistere susceperim. Interea Lector be-  
 nevolus, si forte in tam difficili, obscura & a Medicis  
 sufficienter haud exposita materia non omnia penitus  
 exhausta & iuxta rigorem demonstrata invenerit, mi-  
 bi mearumque virium tenuitati ignoscet, secum infi-  
 mul reputans VIRGILII effatum, nihil ab omni par-  
 te existere beatum. Faxit autem divinum, quod vene-  
 ramur, Numen, ut hæc qualescunque lucubrationes  
 in nominis sui gloriam & mortalium salutem cedant  
 feliciter.



§. I.



Morbos sat crebro corpus humanum adfigentes in multas & perquam varias, pro diversa illorum consideratione, dispeſci claſſes, Medicorum ſcripta ſatis abunde teſtantur. Optime autem non minus ac recte morbos, *ratione originis*, in *comatos* & *adſcitiſ* diſtribui poſſe, de eo dubitare licet eo minus, quo certius eſt, morbos ad unum omnes, quoad generalem ſuum proventum conſideratos, duabus hiſ comprehendendi claſſibus. Dari autem, praeter morbos ex propria culpa hominibus iam jam natis obvenientes, tales, quos uteri cancellis adhuc incluſi embryones citra omne delictum ſuſtinere coguntur, facile ex ſequentibus perſpici poſſe exiſtimo. Experientia ſaepius docuit & adhuc docet, morbos quosdam infantes tenellos & vix in lucem editos infeſtare, nullo nec in diaeta, nec in re-

gimine commisso errore, qui morbos tales producere posset; vid. SCHENCKIUS, *Lib. III. Obs. med. §. A. N. C. Dec. I. Ann. VIII. Obs. 12.* Cum igitur morbi hi a vitio rerum externarum, in corpus humanum agentium, produci non potuerint, necessario ex utero originem trahere & embryonibus utero adhuc inclusis conciliari debuerunt, unde iam morbi embryonibus conciliati mihi audiunt *connati*, atque idcirco dubitare non licet, quin morbi dentur *connati*.

## §. II.

Morbi *connati* communicantur vel a parentibus, vel producuntur ab aliis causis. Priores *morbi haereditarii* (germanice *Erb- oder aufgeerbte Kranckheiten*) vocantur; posteriores *connatorum* nomen retinent. Definiendi igitur erunt *morbi haereditarii* per illos, *quorum causa vel proxima, vel remota, embryonibus in utero adhuc inclusis a parentibus est communicata.*

## §. III.

Morbi, quorum causae a parentibus embryonibus sunt communicatae, audiunt *haereditarii*. Si quis autem alteri aliquid communicat, id ipsum antea possidere debet, cum communicare nihil aliud significet, quam id, quod habemus, alteri conciliare, ideoque parentes, si embryonibus morbum communicant, eodem etiam ipsi laborent, vel dispositionem ad illum habeant, necesse est. Patet igitur exinde, necessario requiri, ut, si morbum natos adfligentem *haereditarium* adpellare volumus, in parentibus, vel eorum



eorum alterutro, ante generationem embryonis idem ille morbus, vel manifesta ad illum dispositio adfuerit.

§. IV.

Morbi haereditarii ad *connatos* pertinent (§. I.), hinc necessario requiritur, ut, dum a vitiis diaetae vel regiminis aliisque causis produci non debent, sine praegressa vel praesente causa, quae alias solitarie morbos tales excitare potest, se exerant. Distinguuntur hinc morbi haereditarii ab epidemicis, endemiis aliisque morbis adscititiis. Quum enim facile fieri possit, ut idem parentum morbus in natis a causis externis vel internis producat, illum tamen nequaquam haereditarium adpellare licebit, cum a causis manifestis praegressis, vel praesentibus, adscititiis existat, sed tunc demum pro haereditario erit habendus, si nulla manifesta praesente vel praegressa causa natos adoritur.

§. V.

Dum illos tantum morbos *connatos*, qui a parentibus communicati sunt, *haereditarios* adpellamus, ante omnia nunc inquirendum erit, an etiam parentes embryonibus morbos vel actu, vel quoad propinquiorem dispositionem possint communicare. Permulti, dum ratio aegre modum fieri determinat, id in dubium vocant & prorsus negant; nescio autem, an ab obscuritate vel ignorantia modi fieri ad negationem ipsius rei & effectus concludere liceat. Si enim experientiam consulimus, illa edocemur, infantes tenellos a parentibus, mor-

bo

bo quodam graviore vel fluidarum vel solidarum partium laborantibus, genitos aut in lucem editos, iisdem parentum morbis affici & cruciari. Ratio igitur, cur infantes vix in lucem editi eosdem parentum morbos patiantur, vel in parentibus, vel extra illos existit. In morbis fluidarum partium tenellorum, ratio extra parentes esse nequit. Cum enim embryo a matris humoribus evolvatur & nutriatur, eiusque humores a matris humoribus ortum ducant, necessario sequitur, depravatis in matre humoribus, embryonis humores pariter depravari, & exinde morbos, in humoribus matris sedem habentes, embryonis humoribus communicari debere. Si ratio, in morbis partium solidarum recens natorum, extra parentes est, tunc vel in statu praeternaturali primorum embryonis staminum praeeistente, vel in situ embryonis praeternaturali, vel in causa violenta, matri sub gestatione illata, erit quaerenda. Si rationem quaesiveris in praeeistente statu praeternaturali primorum embryonis staminum, probandum antea erit, quod status talis in staminibus partium embryonis, in quibus idem parentum morbus existit, adfuerit, & si hoc probari possit, rursus ratio reddenda esset, cur status iste praeternaturalis staminum embryonis in illis tantum partibus, in quibus parentum morbus sedem habet, praeexiterit, nec in aliis, id quod summe difficile, vel prorsus impossibile erit. Interim non negamus, quod morbi tenellorum a praeeistente praeternaturali statu primorum staminum  
ortum

ortum ducere possint; at id tantum veritati repugnare iudicamus, quod iidem parentum morbi, in iisdem tenellorum partibus se exercentes, a statu praecoxistente praeternaturali staminum suam semper trahere possint & soleant originem. Quod denique situm embryonis praeternaturalem & causas violentas matri sub gestatione illatas, ut ictum, casum, terrorem, &c. attinet, ex illis pariter ratio perspicui non poterit, cur idem parentum morbus teneros dein adfligat. Quamvis enim embryonem tam a situ praeternaturali, quam a causis violentis, matri sub gestatione illatis, morbosum fieri & vitium conformationis exteriorum partium contrahere posse concedamus, inde tamen non sequitur, eundem parentum morbum in embryone excitari debere, praesertim in interioribus eius partibus. Cum igitur ratio, cur infantes tenelli eosdem parentum morbos patiuntur, extra parentes non existat, necessario in parentibus existere debet, & exinde omnino erit affirmandum, quod parentes embryoni vel proximam, vel remotam morborum causam possint communicare. Veritatem huius sententiae prae aliis HIPPOCRATES *Libr. de morb. sacr. §. V.* confirmat, qui iam olim, experientia edoctus, asseruit, ex tabido tabidos & ex lienoso lienosos generari, & in genere parentum morbos embryoni communicari.

§. VI.

Morbi sedem suam habent vel in interioribus, vel exterioribus corporis humani partibus: Priores

B

*morbi*

*morbi interni*, posteriores *externi* audiunt. Erunt igitur morbi haereditarii vel interni, vel externi. Cum vero morbi externi ad chirurgicum pertineant forum, nec praeterea animus sit, integrum volumen, sed Dissertationem tantum conscribere, ideo non nisi *internos morbos haereditarios* in praesentiarum nostrae subiiciemus contemplationi.

## §. VII.

Morbi haereditarii interni, teste experientia, vel statim a nativitate, vel longo post istam tempore in natis se exerunt: Priores, *morbos haereditarios primitivos*, posteriores vero *consequentes* adpellare licebit.

## §. VIII.

Dari *morbos haereditarios primitivos*, complures Practicorum observationes testantur. Vid. *A. N. C. Dec. II. An. V. Obs. 63. Fort. FIDELIS de Medic. Relation. Libr. III. Sect. III. Cap. 3. SCHENCKIUS Lib. III. obs. med. 5. &c.* Cum vero tales morbi, ob praesentem causam suam proximam, a parentibus communicatam, potius curationem requirant, nec praeservationem quandam admittant, dum actu teneros iam adfigunt, hinc illos ad nos non pertinere quilibet, vel me tacente, perspicere potest.

## §. IX.

Quod *morbos haereditarios consequentes* attinet, illorum vel proxima, vel remota causa a parentibus communicari deberet embryonibus. Si proxima talium morborum haereditariorum causa embryo-

bryonibus communicata esset a parentibus, tunc hi ipsi morbi deberent esse primitivi (§. praec.); cum vero longo post nativitatem tempore se exerant (§. VI.), ideo illa tantum causa embryonibus communicari debuit a parentibus, quae facit, ut accedente alia idem morbus erumpat: iam causa talis ordinarie *remota morbi causa* vocatur; hinc in morbis haereditariis consequentibus causa ipsorum remota embryonis partibus a parentibus communicari debuit. Hoc igitur respectu morbi haereditarii consequentes erunt illi, quorum causa remota embryonibus communicata est a parentibus.

§. X.

Existere morbos haereditarios consequentes, sed tales, quorum causa remota a parentibus communicata est embryonibus, experientiam testari existimo. Sunt quidem haud pauci, qui negativam foverent sententiam, quorsum inter alios pertinet ZYPAEVS a), ex ea potissimum ratione, quoniam morbi hi propria culpa adsciti & a vitiis in diaeta & regimine commissis acquisiti esse potuerunt. Fateor omnino, non adeo facile morbos haereditarios consequentes ab adscitiis discerni posse, maximam potius arbitror adhibendam esse cautionem in illis dignoscendis, ne morbus adscititius pro haereditario consequente habeatur; interim mihi persuadere non possum, quod inde sequatur, nullos dari morbos haereditarios consequentes. Si enim experientiam consulimus, ab illa edocemur, morbos quos-

B 2 dam

a) Fundam. Med. pag. 271.

dam in liberis, a parentibus morboſis prognatis, ſe exferere, & quidem in eaſdem liberorum partes, in quibus parentes morboſos tales gravius ſenſerunt vel ſentiunt ſaevientes, nulla tamen praegreſſa vel praefente cauſſa, ex qua cognoſci poſſet, cur morbi hanc, & non aliam partem occupent. Sic obſervationes Medicorum teſtantur, natos a parentibus phthiſicis, haemoptoicis, podagricis, &c. in eoſdem incidiſſe parentum morboſos, ſine praegreſſae manifeſtae cauſſae indicio. De Phthiſi refert VALLE-RIOLA *b)*, ſex liberos, a patre phthiſico natos, eodem in medio aetatis flore eſſe correptos morbo, eodemque mortis genere, quo pater interiit, deceſſiſſe. Sic & *Rembertus* DODONAEVS *c)* avum, patrem & omnes liberos phthiſi extinctos obſervavit. Similiter etiam FERNELIVM *d)* & *Hieronymum* FRACASTORIVM phthiſin in quintam & ſextam generationem uſque propagatam obſervaviſſe legimus *e)*. De haemoptyſi egregia pariter exiſtit obſervatio apud VALLERIOLAM *loc. cit.* Nec reticere poſſum hoc loco obſervationem haemoptyſeos haereditariae, quam haud ita pridem habere licuit. Vocatus ad viduae cuiuſdam filium, haemoptyſi laborantem, ſtatim a matre, lacrymis ferme diffuente, experiebar, affectum hunc eſſe haereditarium, quinque enim filios iam eodem morbo laboraſſe & defun-

*b)* Obſ. med. Libr. III. obſ. VI. pag. 293.

*c)* Prax. med. Cap. XXXI.

*d)* Patholog. Lib. V. cap. 10.

*e)* de Morb. contag. Lib. II. cap. 9.

defunctos esse, quo pater vehementer afflictus defunctus fuerit. Dubius primo quidem haerebam circa asserti huius veritatem; cum vero, in causas praegressas inquirens, nullam plane deprehenderem, ex qua praesens morbus deduci poterat, eandem pariter sententiam amplecti tenebar. Sic etiam cum Podagra & aliis morbis, infra allegandis, comparatum est. Quum igitur experientia testetur, adultos quosdam, a parentibus morbosos natos, eosdem parentum morbos pati, nulla tamen praesente vel praegressa causa, quae hos, nec alios, producere possit morbos, sed ipsos potius a levioribus causis, quae in aliis ne minimam quidem excitare solent mutationem, tales incurrere morbos; manifesto adparet, id nequaquam fieri posse, nisi iam in partibus illis liberorum, in quibus iidem parentum morbi se exseruerunt, causa horum morborum remota adesset, quae demum efficit, ut, accedente alia causa, idem morbus erumpat. Cum vero causa haec remota a praegressis mutationibus non sit acquisita, dum morbi tales nulla, nec praesente, nec praegressa causa, hunc effectum producente, in liberis se exserere solent, necessario illa ex utero ortum trahere & embryonibus communicari debuit a parentibus: iam vero morbi, quorum causa remota embryonibus communicata est a parentibus, *haereditarii consequentes* audiunt (§. praeced.); hinc dubium non est, quin morbi haereditarii consequentes dentur.

## §. XI.

Non necessarium semper esse, ut haereditarii consequentes morbi etiam liberos affligant, facile ex eorum consideratione deduci posse crediderim. Cum enim causa illorum remota a parentibus communicata sit embryonibus (§. VIII.), haec vero non solitarie, sed accedentibus demum aliis causis efficere possit, ut idem morbus erumpat (§. VIII.), sequitur, deficientibus causis illis, quae adhuc accedere debent ad remotam horum morborum causam in actum deducendam, morbos hos non erumpere, nec liberos affligere posse. Quum autem possibile sit, ut causae illae, quae accedere debent ad remotam morborum haereditariorum consequentium causam, non accedant, sequitur omnino exinde, morbos haereditarios consequentes non necessario liberos affligere debere. Confirmat haec modo prolata ipsa experientia, utpote quae testatur, liberos a parentibus morbofis natos non semper parentum morbos experiri, sed potius interdum immunes ab illis vitam degere. Hinc igitur ratio reddi potest, cur nepotes morbos avorum experiri possint, quamvis parentes istis non laborarint; haec vero cum facile ex modo dictis adpareat, ut longiores in ea reddenda sumus brevitatis studium non permittit.

## §. XII.

Cum in morbis haereditariis consequentibus causa eorum remota embryonibus a parentibus communicata sit (§. VIII.), erit illa vel solidis, vel  
flui.



fluidis embryonum partibus communicata, & exinde vel in solidis, vel fluidis natorum partibus sedem suam habebit. Si causa remota praedictorum morborum fluidis embryonum partibus, seu humoribus, communicata esset a parentibus, morbi haereditarii consequentes deberent esse primitivi. Dum enim humores ob continuatum progressivum & instinctinum motum aliasque quamplurimas causas resolvuntur, alterantur & immutantur, utique causa ista remota, in humoribus embryorum latens, efficeret, ut morbi hii, ob multas accedentes causas, statim erumperent. Confirmat quoque veritatem nostri asserti experientia, utpote quae docet, morbos haereditarios in fluidis embryonum partibus sedem habentes, ut scorbutum, luem veneream, scabiem, &c. in tenera statim infantia adesse, testantibus id, *EVGALENO f)*, *Gregor. HORSTIO g)*, *Fortun. FIDELI h)* & aliis. Rarissimi profecto immo nulli ferme existerent morbi haereditarii consequentes, si causa illorum remota in humoribus sedem haberet. Cum enim plerique homines in iuniori aetate perquam facile febres intermittentes, catarrhales & morbos exanthematicos experiantur, quibus humorum massa eximie depravatur, causa illa remota, sive ea consistat in fermento speciali, sive in sale fixo morbofo, iuxta *Dermat. de MEARA i)*,  
sive

f) Tr. de Scorbuto, pag. 129.

g) Lib. II. Obs. med. II.

h) de Relat. Med. Lib. III. Sect. III. cap. III.

i) Patholog. haereditar. cap. 9.

sive in seminio verminoso, vel alio quodam ente, nequaquam ibi remanere posset, sed potius excretionibus, quibus morbi iam nominati salutariter terminantur, copiosis, ex humoribus proscribi & eliminari deberet. Qua de causa id satis superque adparere existimo, nullo firmo comprobari posse argumento, quod causa remota morborum haereditariorum consequentium in humoribus sedem suam habeat.

§. XIII.

Cum causa remota morborum haereditariorum consequentium fluidis embryonum partibus non communicata sit (§. praeced.), necessario *solidis* eorum *partibus* communicari debuit; hinc in solidis natorum partibus, seu speciatim in fibris, sedem suam habebit. Cum igitur causa remota morborum haereditariorum consequentium in fibris partium solidarum sedem suam habeat, merito nunc inquirendum erit, in quam illarum constitutione causa haec remota consistat. Si fibras corporis humani consideramus, illas duplici gaudere vi, tam vitali, quam physica, ex physiologia constare arbitror. Priorem praecipue a legitimo fluidi nervei influxu dependere, & posteriorem tam a determinata elementorum fibras constituentium cohaesione, quam a debita illorum aggregatione proficisci, itidem ex principiis physiologicis suppono. Recedent igitur fibrae a statu naturali partim ratione vitalis, partim ratione vis physicae. Respectu vis prioris, fibrae & partes ex istis conflatae praeternaturaliter constitutae

tutae erunt, si influxus fluidi nervei in istas vel nimis augebitur, vel imminuetur: si prius contigerit, orietur strictura seu spasmus; si posterius, atonia vitalis seu debilitas aderit. Respectu vis posterioris, nimirum physicae, duplici modo fibrae a statu naturali recedent: elementa enim fibras constituenta vel magis, vel minus, quam pro statu naturali requirunt, vel plane non cohaerebunt, hinc fibrarum rigiditas, laxitas seu atonia physica, & solutio unitatis se exferent; vel copiosius vel parcius sibi incumbent & aggregata erunt, inde crassities & teneritudo maior ortum ducent. Nostrum igitur nunc erit, dum tam diversa fibrarum corporis humani constitutio existere potest, quamlibet seorsim paucis sub examen revocare, videndo, in quam illarum constitutione causa remota morborum haereditariorum consequentium consistat.

§. XIV.

Causam remotam praedictorum morborum in spasmis non consistere, multis comprobari posse argumentis crediderim. Si enim in illo consisteret, morbi haereditarii consequentes potius primitivi existere deberent, quoniam spasmus morbi causam proximam magis, quam remotam, constituit. Praeterea cum spasmus hunc semper comitem habeat effectum, ut liberum humorum per partem, quam occupat, fluentium cursum & recursum impediat, fieri aliter non posset, si causa remota morborum haereditariorum consequentium in eo consisteret, quin non solum ob ipsum spasmum,

C

dum

dum singulam partem occupat, sed etiam ob humorum coacervationem circa illam partem, & consequentem validiorem fibrarum extensionem, dolorifica semper sensatio circa illam partem, in qua morbus haereditarius consequens sedem suam habet, adesse deberet, id quod iuxta experientiam veritati repugnat. Taceo reliqua symptomata & phaenomena, quae adesse deberent, si causa remota morborum praedictorum in spasmis consisteret, quae tamen minime occurrere solent, manifesto simul indicio, quod causa remota modo dictorum morborum in alia fibrarum & partium constitutione quaerenda veniat.

§. XV.

Porro etiam nec in atonia vitali, seu debilitate fibrarum & partium ex illis constatarum, causam morborum supra nominatorum remotam consistere, ex sequentibus perspici posse existimo. Constat ex physiologicis, fibras, & ex istis constantes partes solidas, a legitimo fluidi nervei influxu primario tonum suum accipere, atque huic vim fluida propellendi unice deberi. Impedito igitur eius influxu in fibras partis cuiusdam, tonus illius infringetur & vis fluida propellendi mirum in modum imminuetur, hinc humores difficulter propellentur, stagnabunt & mox morbum producent. Si igitur causa remota morborum haereditariorum consequentium in atonia vitali consisteret, omnes sane morbi haereditarii consequentes deberent esse primitivi, id quod tamen contra experientiam est. Cum itaque debilitas

litas fibrarum non diu latere possit, sed potius praesentia sua morbos producat, testantibus id affectibus paralyticis, quilibet, vel me tacente, perspicere potest, causam praedictorum morborum remotam non consistere posse in atonia fibrarum vitali.

§. XVI.

Quod causa remota morborum haereditariorum consequentium in rigiditate fibrarum consistat, non facile quendam esse affirmaturum credo. Cum enim rigiditate fibrarum legitimus fluidi nervei influxus in interstitia fibrarum impediatur, nihil aliud, quam atonia vitalis, producitur, qua praesente morbi haereditarii non possunt esse consequentes (§. anteced.). Ita etiam remota horum morborum causa in solutione unitatis fibrarum non consistit, cum haec, morbum statim inferendo, remotam morborum praedictorum causam constituere nequeat. Qua de causa id satis inde patere arbitror, nec in rigiditate, nec solutione unitatis fibrarum causam remotam supra dictorum morborum consistere.

§. XVII.

Nec etiam in physica fibrarum atonia causam remotam morborum haereditariorum consequentium consistere, facillimo posse ostendi negotio mihi persuadeo. Docet Physiologia, ad continuandum fluidorum motum, in machina humana occurrentem, & ad vitae pariter ac sanitatis conservationem maxime necessarium, determinatam elementorum, fibras, & ex his partes solidas constituentium, requiri cohaesionem, ne fluida in istis contenta vel erumpant,



vel in stagnationem & stasim ruant: cum autem in atonia fibrarum physica minor adfit elementorum cohaesio, quam pro statu naturali requiritur (§. XIII.), sequitur, laxitatem fibrarum partis cuiusdam praesentem non diu posse in corpore latere, sed potius humorum stagnationem, vel eorum perruptionem, hinc morbos producere debere. Si igitur causa remota morborum haereditariorum consequentium in physica fibrarum atonia posita esset, mox sane morbi hi in conspectum venirent, & potius primitivi existere deberent; id vero cum experientiae repugnet, patet simul, causam remotam morborum haereditariorum consequentium in atonia fibrarum physica non consistere.

## §. XVIII.

Quod denique maiorem fibrarum crassitiem attinet, nec in illa causam remotam, morborum haereditariorum consequentium consistere, facili omnino probari poterit negotio. Ut enim reliquas silentio praetermittam rationes, id tantum monuisse sufficiat, morbos hos nec facile & vehementer spasmodicos & dolorificos existere posse, si maior fibrarum crassities causam ipsorum constitueret remotam. Cum enim fibrae crassiores, ob copiosorem elementorum aggregationem & inde dependentem maiorem materiae copiam, validius causae in istas agenti resistent, adeoque etiam non tam facile & vehementer constringi vel extendi possint; sequitur, morbos haereditarios consequentes, si causa eorum remota in auctiori fibrarum crassitie partis illius consistit,

fitit, in qua se exerunt, itidem non tam facile & vehementer spasmodicos & dolorificos existere debere. Iam vero experientia contrarium monstrat, adeoque veritati etiam contrarium erit, quod caussa remota praedictorum morborum in maiori fibrarum crassitie consistat.

§. XIX.

Cum ergo nec spasmus, nec rigiditas, nec atonia vitalis & physica, nec solutio unitatis, nec denique maior fibrarum crassities, caussam remotam morborum haereditariorum consequentium constituent, non errabimus sane, si istam in *maiori fibrarum teneritudine* earum partium, in quibus morbi hi sedem suam habent, collocamus. Haec enim praesentia sua morbos non statim producere, sed potius diu latitare valet in corpore humano, & caussis demum aliis accedentibus efficit, ut morbi in hac maxime, non vero alia corporis parte, erumpant. Cum enim fibrae & solidae ex illis contextae partes morbos inducant, si vitiis supra recensitis (§. XIV-XVII.) laborant, sequitur, fibras teneriores partis cuiusdam qua tales, solitarie morbos non producere, sed commode potius caussam morborum remotam constituere.

§. XX.

Ut luculentius pateat, maiorem fibrarum teneritudinem diu in corpore humano latitare, nec solitarie morbos producere posse, atque idcirco commode caussam morborum haereditariorum consequentium remotam constituere, id exinde elucescere

iudico. Fibrae, & partes ex istis conflatae, tamdiu nullo laborant vitio nullumque producunt morbum, quamdiu humores vegete propellunt (per princip. physiol.). Ad hoc perficiendum legitimus fluidi nervei influxus & determinata elementorum, fibras partium solidarum constituentium, requiritur cohaesio (per princip. physiol.). Posito igitur legitimo fluidi nervei influxu in fibras teneriores & partes solidas ex illis contextas, humorum promotio & circulatorius motus, ob praesentem cohaesionem naturalem elementorum, fibras teneriores constituentium, non turbabitur, nullumque insigne harum partium vitium innotescet. Quod autem determinata elementorum cohaesio adesse debeat in fibris tenerioribus, in quantum ut teneriores considerantur, nullus sane negabit, qui perpendit, hac absente fibras ita constitutas non solitarie teneriores, sed potius simul laxas, rigidas, &c. vocari debere. Ubi vero causae quaedam vel leviores, vel graviores, corpus humanum ad morbum disponentes, accedent, tunc fibrae teneriores & partes ex istis conflatae, ob parciorem elementorum aggregationem & hinc dependentem minorem resistantiam, illarum vim fortius reliquis partibus experientur, magisque afficientur, hinc in illis vitium se manifestabit, & morbi dein potius tales, quam alias, occupabunt partes.

## §. XXI.

Quoniam igitur maior fibrarum teneritudo, tanquam causa remota morborum haereditariorum



rum consequentium, solitarie illos non producit (§. praeced.), sed tantum efficit, ut accedentibus aliis causis morbi tales erumpant, paucis nunc inquirendum erit, quatenam istae sint causae, quae accedere debent, ut hi morbi demum prodeant. Hunc itaque in numerum referenda erunt, partim quae influxum fluidi nervei in partes solidas vel auctiorem, vel parciores reddunt, & sic spasmus vel debilitatem ipsas inducunt (§. XIII.); partim, quae partes aquosas fibrarum & partium solidarum interstitiis copiosius insinuant, vel debitam illarum in fibris praesentium quantitatem & qualitatem auferunt, vel denique partes solidas validius extendunt, & ita laxitatem aut rigiditatem producant (§. cit.). His etiam causis accedentibus fibrae, & ex his conflatae partes teneriores, ob rationem in §. praeced. allatam, facilius & gravius afficiuntur & in morbosum statum coniiciuntur, eoque citius, quo plures eiusmodi causae, in unum simul conspirantes finem, accedunt.

§. XXII.

Nec difficulter quoque serotinam morborum haereditariorum consequentium accessionem & eruptionem ex hac connata fibrarum maiori teneritudine posse deduci, mihi persuadeo. Sit quidam a parentibus phthisicis vel haemoptycis in lucem editus, maior tunc isti fibrarum pulmonalium teneritudo a parentibus erit communicata. Interim sonitica nulla, in infantia & pueritia pulmones infestantia, experietur symptomata: Dum enim abundans humo-

humorum copia, ob largiorem & auctiorem partium nutritionem, non tam facile se exferit, eorumque congestiones magis ad caput tendunt, hinc non accedent causae, quae efficere possent, ut morbus in illis erumperet. Accedente autem aetate iuvenili, humorum quantitate, ob parcius succedentem nutritionem, cessantes insimul narium haemorrhagias aliasque causas, insigniter aucta, vasa uti in toto corpore, ita etiam in pulmonibus, valde extenduntur. Cum vero fibrae vasorum pulmonalium, ob maiorem teneritudinem, non tanta vi, quanta deberent, resistere possint (§. XX.), hinc cohaesio illarum facilius imminuetur, indeque atonia, maior humorum affluxus, & nisi illico congruis occurratur praesidiis, humorum stagnatio, & ex hac ipsa haemoptysis vel phthisis demum evenient. Eodem modo reliquorum morborum haereditariorum consequentium, vel in cerebro eiusque membranis, vel in abdominis visceribus, vel corporis humani extremitatibus sedem suam habentium, accessio, respiciendo simul ad causas §. XXI. adductas, explicari poterit. Qua de causa, ne longior sim, quam par est, id satis ex praecedentibus adparere existimo, nullam aliam, quam teneriorem fibrarum constitutionem, causam remotam morborum haereditariorum consequentium constituere.

## §. XXIII.

Ut autem constet, quinam inter morbos, iuxta observationum fidem, *haereditarii consequentes* fuerint, nostrum erit potiores illorum recensere.

Hunc



*de secura morbor. haereditariorum praeservatione.* 25

Hunc itaque in censum veniunt, *epilepsia k)*, *melancholia l)*, *mania, m)* *phthisis & haemoptysis, n)* *passio hypochondriaca o)*, *calculus renum & vesicae p)*, *podagra q)*, *arthritis r)*. Plures equidem dari morbos, in numerum haereditariorum consequentium referendos, lubenter concedimus; ast, quia singulos Auctores, qui passim de illis observationes adnotarunt, perlegere & evolvere circumstantiarum ratio non permisit, suffecerit potiores illorum allegasse.

§. XXIV.

His igitur praemissis, ordo & necessitas postulant, ut ad ipsam *morborum haereditariorum consequentium praeservationem*, in quantum illa possibilis est, nos accingamus. Intelligimus autem per praeservationem talium morborum potissimum *remotionem illarum causarum*, quae maiorem fibrarum teneritudinem, partibus natorum quibusdam a parenti-

D

- k) *Zacut. LVGITANVS P. A. Lib. I. Observ. 36. HIPPOCRATES Libr. de morb. sacr. §. V. BRVNNERVVS Consil. 116. p. 104.*  
l) *FORESTVS Libr. X. obs. 13.*  
m) *WILLISIVS de anima brutor. cap. 12. Frid HOFFMANNVS Fund. Path. spec. Sect. VII. Cap. VIII. §. XIV.*  
n) iuxta §. X.  
o) *A. N. C. Cent. V. Obs. 91.*  
p) *Vid. Dissert. de nova Patholog. calculi renum, sub Praesidio Illustr. b. m. STAHLII ventilata. FERNELII Patholog. Libr. VI. Cap. XII.*  
q) *Felix PLATERVS, Obs. 2. GALENVS Comment. in Hippocr. Aphorism. Sect. VI. 28.*  
r) *Herman. GRVBE de Transplantat. morb. cap. 3.*

*rentibus communicatam, morbosam reddunt.* Cum enim in superioribus ostensum sit, maiorem fibrarum teneritudinem morbos haereditarios consequentes solitarie non producere, sed causas accidentales, quae vim vitalem, vel physicam partium solidarum turbant (§. XXI.), illorum accessionem invitare, sequitur inde, causis his remotis, in quantum fieri potest, morborum horum invasionem praecaveri illosque secure praeservari.

## §. XXV.

*Causae, quae maiorem fibrarum & partium solidarum teneritudinem,* a parentibus connatam, morbosam reddere valent, vel in omnes corporis partes, vel in illas magis, in quibus talis maior fibrarum teneritudo occurrit, vim suam exerunt; hinc vel generaliores, vel specialiores existunt. Nostrum igitur erit, ut illarum considerationem, pro eo, ac necesse est, instituamus.

## §. XXVI.

*Animi pathemata* partim auctiorem & vehementem fluidi nervei influxum in partes corporis humani solidas producere, partim eius influxum in istas insigniter imminuere & retardare, physiologia pluribus evincit. Cum autem, si vis vitalis omnium partium, praesertim illarum, quae maiori gaudent fibrarum teneritudine, magis fuerit turbata, causa quaedam accedit, morborum haereditariorum accessionem producens (§. XXI.), luculenter adparet, natos a parentibus, gravioribus morbis quibusdam affectis, & hinc ingratis illorum iuris haereditarii

parti-

participes, quam maxime ab illis cavere, eaque quovis modo evitare debere.

§. XXVII. *Vitiosam aëris constitutionem*, vel nimis humidam, vel nimis fervidam & frigidam, modo copiosius partes aquosas fibrarum interstitiis insinuare, modo debitam earum quantitatem & qualitatem auferre, hinc fibrarum laxitatem & rigiditatem producere, Medicorum scripta satis superque demonstrant. Cum vero causis his accedentibus eruptio morborum haereditariorum consequentium adiuvetur (§. XXI.), sponte sequitur, praedictam aëris constitutionem ab omnibus, praeservationi horum morborum studentibus, quam maxime fugiendam esse. Maxima inde mutationis locorum necessitas in praeservandis morbis haereditariis consequentibus patet; ubi enim eiusmodi aëris constitutio malum quasi endemium est, nequaquam fieri poterit, ut morbi hi sine locorum mutatione praeserventur, consentiente HIPPOCRATE *Lib. de morb. sacro.*

§. XXVIII. *Nimiam humorum quantitatem* vasa totius corporis valde extendere, hinc elementorum fibrarum, illa constituentium, cohaesionem imminuere & atoniam physicam producere, ex physiologicis constat. Cum autem exinde maior in partibus tenerioribus atonia excitetur (§. XXI.), hincque morborum haereditariorum consequentium eruptio, accedente causa illam excitante (§. citat.) invitetur, sponte patet, in praeservandis morbis haereditariis consequentibus

tibus nimiam humorum quantitatem omni studio imminuendam & prorsus removendam esse. Omnia igitur, quae plethoram in corpore humano producere possunt, ad praeservationem horum morborum obtinendam sedulo erunt evitanda, cumque minor excretorum, quam ingestorum, copia hunc effectum producat, sequitur, omnes praeservationi morborum parentialium intentos eo semper respicere debere, ut non solum ingestorum rationem habeant, vitando nimiam illorum quantitatem, sed etiam excretiones congruis adminiculis promoveant & legitimum illarum successum conservent.

## §. XXIX.

*Nimiam humorum spissitudinem* non solum legitimum fluidi nervei in solidas partes influxum, ob parciorem eius secretionem, imminuere, sed etiam, ob maiorem molem, partes corporis humani vasculosas fortius extendere, non est quod multis probeamus. Cum autem, praesente humorum spissitudine, causa accedat, morborum haereditariorum consequentium accessionem inducens (§. XXI.), manifesto adparet, in praeservandis hisce morbis nimiam humorum spissitudinem quovis modo removendam & depellendam esse. Quanta igitur cum cura nati a parentibus morbofis vitam sedentariam, victum crassiorem, populenta spissiora, vel parciorem illorum usum, &c. evitare debeant, vel ne tacente quilibet facillime perspicere potest.

## §. XXX.

*Motum sanguinis vehementiorem, seu organum,*



*num*, diutius praesertim continuantem, ob fortio-  
rem humorum in vasa impulsam & calorem auctio-  
rem coniunctum, partes solidas validius extendere,  
hinc illarum laxitatem producere, nullum facile du-  
bitaturum esse credo. Cum vero inde remota  
morborum haereditariorum consequentium causa  
in actum deducitur, patet, natos a parentibus mor-  
bosis humorum orgasmum, omnesque illum pro-  
ducentes causas, veluti iracundiam, Venerem, potu-  
lenta spirituosam, vehementiores corporis commo-  
tiones, &c. cane & angue eius fugere debere.

§. XXXI.

*Auctiorem sanguinis ad partes adfluxum eius-  
que difficiliorem refluxum* validiorem istarum parti-  
um extensionem, hinc laxitatem (§. XXI.), excitare,  
non est quod ambigamus. Cum autem exinde, si  
causa haec partibus illis, in quibus morbi haeredi-  
tarii consequentes sedem suam habent, accesserit, eo-  
rum eruptio & invasio adiuvetur (§. XXI.), cuilibet  
hinc patet, in praeservandis morbis haereditariis  
consequentibus omnia, quae auctiorem ad partes,  
in quibus morbi hi latent, sanguinis adfluxum, vel  
difficiliorem eiusdem ab illis refluxum reddere pos-  
sunt, omni cum cura esse removenda.

§. XXXII.

Consideratis iis causis, quae in genere fibras  
& partes corporis humani solidas debilitare & rela-  
xare, & exinde accessionem morborum haeredita-  
riorum consequentium producere valent, nostrum  
omnino est, ut illarum etiam rationem habeamus,



quae speciatim earum partium, in quibus morbi iam nominati sedem suam habent, tam vitalem, quam physicam vim turbare, & hinc invasionem morborum haereditariorum consequentium eo facilius accelerare valent. Cum autem morbi hi, iuxta §. XXIII. vel in cerebro eiusque membranis, vel in pulmonibus, vel abdominis visceribus, vel in extremitatibus sedem suam habeant, paucis nunc potiores causae, quae tonum harum partium speciatim infringunt, erunt exponendae, ut illis remotis eo facilius & certius morbi haereditarii consequentes praeservari possint.

## §. XXXIII.

*Iracundiam* atque *terrorem vehementiorem* vim cerebri eiusque membranarum & vasorum vitalem, ob auctiorem fluidi nervei influxum, valde augere, iisque hinc spasmus inferre, insuperque ob consequentem validiorem humorum ad caput affluxum eius laxitatem inducere, Medicorum scholae uno ore affirmant. Praesente igitur maiore illius teneritudine, effectus horum animi pathematum erit gravior (§. XX.), & exinde morbi in cerebro sedem suam habentes eo citius excitabuntur. Cum vero nati a parentibus graviori quodam cerebri morbo, veluti epilepsia, melancholia, mania, &c. affectis, teneriori cerebri constitutione gaudeant, necesse omnino erit, ut, si immunes a morbis his manere cupiunt, iracundiam & terrorem graviorem summo studio evitent.

## §. XXXIV.



§. XXXIV.  
*Meditationes profundas & abstrusarum rerum speculationes* cerebrum insigniter debilitare eiusque tonum valde labefactare, experientia teste inter omnes eruditos constat. Caveant igitur nati a parentibus §. praeced. adductis, praesertim melancholicis, ne animum ad studia adplicent eaque intemperantius colant, alias eadem fata experientur, quae duo fratres, a matre melancholica prognati, habuerunt, qui, chartis impallescentes, in melancholiam, teste FORESTO *Libr. X. obs. XIII.* inciderunt lethalem.

§. XXXV.  
*Potentia spiritiuosa*, inebriantia, aliaque *vaporosa*, insignem cerebro adferre debilitatem & atoniam, quamplurimae Medicorum observationes satis superque evincunt. Fugienda igitur erit a melancholicorum vel maniacorum posteris quam maxime ebrietas, & immodicus vinorum aliorumque spirituosorum, ut & vaporosorum usus; alias, accedentibus caussis his, cerebri tonum mirifice destruentibus, morbi hi truculenti eo citius se exserent.

§. XXXVI.  
*Situm capitis nimis declivem* non solum adfluxum sanguinis auctiorem ad cerebrum invitare, sed etiam eius refluxum impedire, certum est, immo certissimum. Cum autem inde tonus cerebri labefactetur (§. XXX.), sponte patet, natos a parentibus §. XXXIII. adductis, declivorem sub somno capitis situm summo studio evitare debere. Tenendum hoc

hoc praecipue erit ab eiusmodi parentibus, ut tenellorum nimis declivem capitis situm in incunabilis quovis modo evitent & praecaveant, ne tali ratione morbis his imminetibus eo citius via pandatur.

## §. XXXVII.

Eadem ex ratione nati ab eiusmodi parentibus, *vigilias* diu protractas, *tristitiam* immoderatam, *tabaci suctionem*, *graviore partium inferiorum refrigerationes* & *diuturnas alvi obstructions* sedulo evitare debent. Cum enim his omnibus maior sanguinis ad cerebrum concitetur affluxus, indeque tonus cerebri infringatur (§. XXX.) hoc autem labefactato morbi praedicti imminentes eo citius prorumpant (§. XXI.), luculenter adparet, natos a parentibus epilepticis, melancholicis, maniacis, vel alio quodam graviore cerebri capitisque morbo affectis, praeservationi horum morborum, quorum haereditario gaudent iure, invigilantes, non solum has, sed & omnes illas causas, quae cum effectu supra recensitarum (§. XXXIII-XXXVII.) conspirant, quoad fieri potest, evitare debere.

## §. XXXVIII.

*Aërem intense frigidum* validiorem sanguinis adfluxum, ob constrictionem partibus exterioribus inductam, versus pulmones excitare, & humidum aquosas partes copiosius fibris & vasis pulmonalibus insinuare, Medicorum scripta pluribus evincunt. Cum vero utroque modo tonus pulmonum destruat (§. XXX. & XXI.), sequitur, natos a parentibus haemoptycis vel phthysicis aërem nimis humidum

dum & frigidum maxime evitare debere. Cum etiam porro aër, vaporibus acrioribus & sulphureis refertus, tussim siccam facile excitare valeat, haec vero pulmonum tonum pariter infringat, illum idcirco ut nati ab eiusmodi parentibus sedulo fugiant, pariter necesse est.

§. XXXIX.

*Intensiolem & diuturnam loquelam, vociferationes vehementiores, validiores tubarum & instrumentorum musicorum inflationes, pulmones, ob vehementem illorum expansionem, mirum debilitare, non est quod multis probemus. Caveant igitur nati a parentibus haemoptycis vel phthificis, ne munus oratoris publici, vel aliud, in quo intensior loquela requiritur, ambient, aut Musices culturae se tradant, nisi forsitan sat periculosos morbos tanto citius experiri sibi que accerere velint.*

§. XL.

*Inspirationem vi suppressam pulmones valde extendere, hinc illos debilitare (§. XXI.), dubio prorsus caret. Qua de causa nati a praedictis parentibus vitae genus, ubi onera graviora elevanda & portanda sunt, quantum quidem possibile, fugere debent.*

§. XLI.

*Purgantia drastica, ob acre, quod in sinu suo recondunt, salinum principium, fibras intestinorum valde irritare, hinc spasmos inducere &, ob subsequentem humorum adfluxum, illarum atoniam & humorum stases producere, ex pathologicis constat. Ut igitur nati a parentibus hypochondriacis talia cane & angue peius fugiant, necesse est.*

E

§. XLII.

## §. XLII.

*Copiose adsumta potulenta tenuiora*, praesertim *calida*, fibris intestinorum partes aquosas copiosius insinuare, hinc illas relaxare (§. XXI.), Pathologia docet. Qua de causa nati a parentibus hypochondriacis copiosum talium usum evitare debebunt.

## §. XLIII.

*Cibus quantitate vel qualitate peccantes* adsumtos, tonum ventriculi & intestinorum, coniuncta praesertim vita sedentaria, moerore & potu parcio- re & spissiore, mirum in modum destruere, scripta Medicorum, experientia teste, solide evincunt. Necessarium igitur quam maxime erit, ut nati a paren- tibus hypochondriacis, si a gravi hoc, qui ipsis me- tuendus est, affectu se praeservare cupiunt, bonae studeant diaetae & praedicta illius vitia summo stu- dio evitent.

## §. XLIV.

*Equitationem & vecturam*, praecipue *succassa- toriam*, *immoderatum Veneris usum*, *vina*, praesertim *acido-tartareae indolis*, ut *Rhenanum*, *Mosellanum*, &c. *medicamenta terebinthinata & iuniperina*, infi- gnem sanguinis versus renes & vesicam concitare adfluxum, nemo dogmatum Medicorum gnarus ne- gabit. Qua de causa nati a parentibus nephriticis vel calculosis haec, quorum mentionem fecimus, quantum fieri potest, evitare debebunt.

## §. XLV.

*Stationem diurnam*, coniunctis praesertim *calceis angustioribus*, humorum refluxum a pedi- bus, valde retardare, hinc tenerioribus ligamentis, ar- ticulos

riculos pedum extremos cingentibus, eorumque vasculis atoniam, indeque humorum stagnationem inferre, ex antecedentibus sufficienter adparet. Ut igitur nati a parentibus podagricis diuturnam stationem & calceos angustiores evitent, necesse est.

§. XLVI.

*Iracundiam, Veneris abusum & vinum copiosius adsumtum* spasmos, praesertim in tenerioribus articulorum ossium ligamentis, excitare, & humorum, ob vitiosam consequentem ipsorum qualitatem & motum, stagnationem ibi producere, non est quod multis probemus. Qua de causa nati a parentibus podagricis & arthriticis a praedictis vitiis sedulo sibi temperare debent.

§. XLVII.

*Aërem frigidiorum, vel nimis humidum, & subitam eius permutationem,* partibus §. praeced. adductis pari modo noxam inferre, nullus facile in dubium vocabit. Optime igitur nati a parentibus arthriticis & podagricis sibi prospicient, si aërem frigidiorum, vel nimis humidum, & subitam eius permutationem evitabunt, & ultimi horum praecipue pedes ab eius iniuriis defendent.

§. XLVIII.

Sedula ergo causarum modo recensitarum (§. XXXIII. LXVII.) evitacione, optime & secure morbos haereditarios consequentes praeservari posse, tanto magis audacter adserere licebit, quo certius est, morbos hos eo citius graviusque se exserere, quo minus causae illae evitantur. Interim cum accessio

horum morborum, sub conservatione toni partium, in quibus sedem suam habent, simul quoque impediatur; hinc proficua quoque erunt medicamenta partes tales roborantia, praecipue si causae, quarum mentionem fecimus, minus sollicitè evitentur. Conducent igitur, ad praeservandos morbos haereditarios consequentes, in cerebro sedem habentes, externe cucuphae, ex speciebus cephalicis & nervinis temperatis paratae, ut & balsamica temperata; interne vero usu suo non destituentur succinata & infusa ex speciebus cephalicis & nervinis parata, coniunctis simul, imminentibus spasmodicis vel humorum orgasmo, lenioribus sedativis & temperantibus. Ad tonum pulmonum conservandum medicamenta ex cascarilla & myrrha, praecipue earum extractis aquosis parata, ut & infusa leniora traumatica, in usum vocanda erunt. Tonum ventriculi & intestinorum elixiria balsamica temperata, itemque martialia, in vigore suo conservabunt. Ad debilitatem renum & vesicae avertendam infusa traumatica, ex speciebus adpropriatis componenda, egregiae utilitatis erunt. Denique ad praeservandos extremitatum morbos haereditarios consequentes, res solventia congrua adhibita, ut & externa balsamica, egregium usum praestabunt. Multa quidem adhuc de secura morborum haereditariorum praeservatione dicenda restare fateor; cum vero Dissertationis limites & circumstantiarum ratio plura iam addere haud permittant, hinc nostrae huic tractationi nunc imponimus

F I N E M.

NOBILISSIMO ATQVE CLARISSIMO  
DOMINO CANDIDATO

S. P. D.

P R A E S E S.

**Q**uam mihi perlustrandam atque hinc inde expolien-  
dam tradidisti, eam TIBI, ELEGANTER DO-  
CTE atque ORNATISSIME HONORVM  
DOCTORALIVM CANDIDATE, prorsus immutatam  
reddo inauguralem commentationem. Ex asse tandem sa-  
tisfecisti votis meis, dum arduum hoc humeris TVIS impo-  
ni passus es munus. Enimvero haud aliquem in arte salu-  
tari exercitatum fore existimo, cui non prima pateat fron-  
te, TE certe minus tritum, verum variis difficultatibus ob-  
volutum, obsequente Minerva, egregie exposuisse argumen-  
tum, atque adeo in hoc studio TVAM exercuisse diligentiam,  
ut minime qualicumque meo, ingenue fateor, in actu solemn-  
ius opus videatur auxilio. Quapropter non saltem TIBI de stu-  
diis omnibus numeris absolutis, verum mihi de discipulo  
tam eximio magnopere gratulor. Nihil profecto intermi-  
sisti diligentis operae unquam, per integrum illud, quod in  
Fridericiانا nostra cum laude transegisti, lustrum, ad id  
percolendum, quod ad perficienda TVA ullo modo pertineret  
studia; atque inprimis ex quo TE aedium mearum inco-  
lam cognovi, non solum TE assiduum habui auditorem, ve-  
rum etiam circa artis salutavis opera inprimis sollicitum,  
meique amantissimum. Non in laudes diligentiae TVAE  
atque profectuum, quos plerique norunt, longius excurram;  
sed, paucis saltem verbis, felicem optatumque illum diem,  
quo vitae academicae curriculo finem imponere licet, TIBI

E 3

impen-

*impensissimo animi studio gratulor. Faxit aeternum numen, ut iis, quae fideliter didicisti, plurimum patriae TVAE diutissimeque inservias. Vale! Halae Salicae, d. VII. Octobris, MDCCXLIX.*

NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
DOMINO CANDIDATO

S. P. D.

D. CAROLVS AVGVSTVS BRAND,  
MEDICINAE PRACTICVS,

**G**ŒŒO TIBI, AMICISSIME HILDEBRAND, non gratularer disputationem solemnem, doctam, & eruditionis TVAE testem? Ego TIBI non gratularer honores academicos, laureamque doctoralem? Difficulter quidem, crede mihi, id facio, non quod exiguum illis pretium statuam, non quod illis TE indignum iudicem, aut dignitate TVA mediocriter, ne dicam nihil omnino, delecter; sed quod ipse TE omnibus, qui litteris volunt, qui Hygeae sacra adorant, qui Machaonis progenies sunt, satis commendas. Laudibus enim non opus est, ubi res ipsa loquitur. Haec quamvis sint verissima & ab omni adulationis specie remotissima, longe tamen difficiliori & inexcusatori taciurnitate, quae sentio apud me cohiberem. Dicam ergo quod res est. Recordor adhuc dulcissimi illius temporis, quo suavissima TVA frui consuetudine in aedibus ILLVSTRIS PRAESIDIS TVI licuit. Dulcissimum merito appello tempus, quod in commercio cum dilectissimo & eleganter docto amico effluxit. Gratulor igitur TIBI summos in medicina



na honores, & vere gratulor. Gratulor progressus in eadem factos, gratulor ornamenta litterarum, quorum splendore effulges, & multos longo post TE intervallo relinquis, gratulor denique & mihi amicitiam TVAM, atque ut eadem me & in posterum dignari velis, rogo, certissime persuasus, me ad quaevis, quae a me proficisci possunt, officiorum genera nunquam non fore promptissimum paratissimumque. Faxit supremum Numen, ut etiam in Praxi TVA omnia TIBI, sicut hucusque, succedant feliciter! Vale iterum iterumque vale! Dabam Berolini die I. Octobris, MDCCXLIX.

---

**S**imm, Freund, mein ganzes Herz zu einen Altar hin,  
Wo Freude, Lieb und Dank in reinen Flammen  
spielen:

Vor Freude weis ich kaum, ob ich noch bey mir bin,  
Da Dir Verstand und Fleiß den Docter-Hut erzielen;  
Ich liebe Dich, Dein Glück und Deine Gegenliebe;  
Ich rühme sie entzückt mit dankbegiergen Triebe,  
Ein Trieb, der Dich verehrt und Deinen Vorzug kennt,  
Ein Trieb, der Dir geweiht in vollem Brande brennt.

Joh. Philipp Erpel,  
Med. Doct.

---

**D**a Freund! hat je bey Deinem Glücke  
Mein Herze Freud und Lust gespürt;  
So ist da Dich Dein gut Geschicke,  
Mit längst verdientem Lorbeer ziert.  
Nimm ihn aus Deiner Göttin Händen,  
Und trag von Heil und Glück begleit,

Ihn

Ihn bis sich an den fernsten Enden,  
Der Welt Dein Nachruhm ausgebreit.  
Ja Dir zur Lust, und ihr zur Ehre,  
Geneuß den Lohn für Deinen Fleiß,  
Und mir, o Freund! und mir gewehre,  
Dein Herz, der Freundschaft schönsten Preis.

Zur Bezeugung aufrichtiger Ergebenheit  
und Freude schriebs

D. P. von Beggerow,  
Eques Pomeranus.

Was soll ich, schreyt = = doch hier so viel studiren,  
Da hören wie man liest, und mich so strapaziren?  
Nein warlich! das ist nichts. Ich seh den Richter an!  
Ob ich nicht ein Recept darianen finden kan.  
Da findt man ja genug, da kan mans nur abschreiben,  
Und Wind- und Wasserfucht, trotz aller Welt, vertreiben.  
Von Richtern schreib ichs ab, dem Kranken geb ichs hin,  
Und also ist's genug, wenn ich nur Doctor bin.

Sieh! so mein wehrtester Freund! so ist es anzufangen,  
Wenn man in kurzer Zeit zum Doctor will gelangen.  
Jedoch Du weist es wohl; allein Du weist dabey  
Was vor ein braver Mann ein solcher Doctor sey,  
Viel lieber wilst Du so auf den Catheder steigen,  
Daß Deine Schrift allhier Dich muß als würdig zeigen,  
Nun stimm ich freylich auch glückwünschend damit ein,  
Daß Du magst jederzeit beglückt gepriesen seyn.

Hiermit hat dem Herrn Doctoranden gratuliren  
und seine Ergebenheit bezeigen wollen

Biring, J. u. C.

Wer

**W**er Aerzte seegen will, der wünsch' daß Gift und Pest,  
Daß Fieber, Ruhr und Brand mit vollen Hauffen  
kämen;

Hingegen da es mir die Schrift verbieten läßt,  
So muß ich meinen Wunsch aus andern Quellen  
nehmen:

Der Himmel soll Dir dann Gesundheit, langes Leben,  
Vergnügen, Reichthum, Glück, ein frommes Weibgem  
geben.

**Johann Michael Hoffinger,**

Vindobonensis, Med. Doctorandus.

**E**ndlich folgt auf ächten Fleiß,  
Endlich folgt auf Müß und Wachen  
Der erwünschte Ehren-Preis;  
Endlich folgt auf Trauren Lachen,  
Endlich wird auch Dir zu gut  
Der beliebte Doctor-Hut.

Bruder! freue Dich mit mir:  
Dencke wie viel saure Stunden  
Sind nun, seit sechs Jahren schier,  
Endlich unvermerckt verschwunden,  
Sieh! nun folget Schmeck und Cron  
Als Dein wohlverdienter Lohn.

**G**OTT befröhne Deinen Stand  
Mit viel Glück und reichen Seegen,  
Seine milde Gnaden-Hand  
Sey auf allen Deinen Wegen,

F

Hilf

Hilf wo es am Rath gebricht,  
Doch! vergiß auch meiner nicht.

Hierdurch wolte zu der erhaltenen Doctorwürde  
des Hrn. Bruders seinen Glückwunsch abstatton

**Joh. Caspar Hildebrand,**

Rev. Ministr. Candidatus.

**S**ind geliebter Bruder! ich solt' an diesen Tage schweigen?  
Wie! solt' ich auf solche Art vielen Deiner Freunde  
weichen?

Nein! das glaube nicht von mir, kennst Du anders mei-  
nen Sinn,

Da ich, wie Du glauben kanst, ganz und gar der Deine bin.  
Mein Gemüth ist Freudensvoll; ich empfinde frohe Triebe,  
Und wie könt' es möglich seyn, daß ich unempfindlich bliebe;

Ich seh Deines Fleisches Frucht, Deiner sauren Arbeit Lohn,  
Welchen Du aniegt bekommst, als Hygeens ächter Sohn;  
Ich seh' einen Lorbeer-Crank, der um Deine Scheitel grünet,  
Den Hygea Dir geweyht, weil Du ihr so treu gedienet,  
Dies erfreuet mein Gemüth. Drum so nimm von meiner

Hand

Diesen wohlgemeinten Wunsch, bey dem neuen Ehrenstand.  
O Ort, von dem der Seegen komt, seegne alle Dein Bemühen,  
Daß Du mögest mehr und mehr, wachsen, steigen, grünen,  
blühen.

Seine väterliche Hand führe Dich auf ebner Bahn,  
Hilf den Kranken auf ihr Flehn, so wie Du an mir gethan.

Durch dieses wenige wolte, bey der erlangten Würde  
des Herrn Bruders, seine Freude glückwünschend  
an den Tag legen

**Johann Carl Hildebrand,**

Rev. Ministr. Candidatus.




01 A 6597

ULB Halle  
003 092 429

3





24.  
23

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA  
DE  
SECURA  
**MORBORVM  
HAEREDITARIORVM  
PRAESERVATIONE,**

QVAM  
SVB AVSPICIIS SVMMI NVMINIS  
ET  
CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE  
**PRAESIDE**  
VIRO ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO  
DOMINO

**D. ANDREA ELIA BÜCHNERO**

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,  
POTENTISSIMO PRVSSIAE REGI A CONSILII INTIMIS,  
MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESS. PVBL. ORDINARIO,  
IMPERIALIS ACADEM. NATVR. CVRIOSOR. PRAESIDE  
ET COMITE PALAT. CAESAREO,

**PRO GRADV DOCTORIS**  
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS  
DOCTORALIBVS LEGITIME IMPETRANDIS,

D. VIII. OCTOBR. A. S. R. **MDCCCXXXIX.**

PVBLICE DEFENDET  
AVCTOR

**IOAN. CHRISTIAN. HILDEBRAND,**  
ALBERSTADIO-MANSFELDENSIS.

HALAE MAGDEBVRGICAE,  
TYPIS IOANNIS CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.



BI a Gr  
iusta di  
erando  
fospes  
iae &  
imum  
micitia  
parte,  
violabi  
as, vel  
XV. I  
LII.

